

Q. K. 517. 26.

(X 200 7562)



Magnificus  
ACADEMIÆ FRANCOFVRTANÆ  
RECTOR  
DN. IOHANNES  
CHRISTOPHORVS LIBER BARO  
à Kitlitz, Dn. in Ottendorff &  
Schweidnitz, &c.

AD EXEQVIAS, QVAS

*Honestissimæ matronæ*

HEDVIGI CVNONIAE

*Viri prudentiss. & Ornatiss.*

DN. DAVIDIS GEISLERI

Reipubl. Francofurtensium Sena-  
toris & mercatoris opt.

*Viduae relictae,*

*Liberi & Cognati parabant,*

ad d. XIV Cal. VIIIbris anni 97.

Vniversos Academiæ Cives  
invitat.



TYPIS ANDREÆ EICHORN.


Q. R. 217. 26.

MAGISTRUS  
ACADEMIAE  
RECTOR  
DAVID JOHANNES  
CHRISTOPHORI LIBERII  
Schulhaus  
NO. 1  
HEDVIGI CYNONIAE  
DAVIDIS GERHARDI  
Tours & Metzger



TYPIS NEAPOLITANIS




 I quisquam fortè sexus feminei di-  
 gnitatem non ab ortu, non à naturali do-  
 norum cumulo, non ab exquisito Enco-  
 miatarum palpo & colore, sed ex sacris  
 sibi ostensam cupiat: illum, cum ad  
 Varias, quas scriptura passim femina-  
 rum laudes cantat; tum ad colloquia potissimum, quæ cum  
 mulieribus Salvator mortalium crebrò instituit, ablegandum  
 meritò putamus. Eccui enim non sufficiant longè certio-  
 ra quàm τὰ ἐκ τῆς γέρας & ista: mulier gratiosa inveniet  
 gloriam, Prov. II. 16. mulier timens Dominum ipsa lauda-  
 bitur, Prov. 31. 30. mulier gloria viri est I. Cor. II. 7. corona  
 viro Prov. 12. 4. συγκληρονόμ & gratiæ vitæ. I. Pet. 3. 7.  
 Inprimis verò consideratione dignum illud, quod non cogna-  
 tione solum deuinctas sibi sub aspectum atq; ad colloquium ad-  
 misit CHRISTVS frequentissimè primas resurrectionis  
 suæ nuncias & testes delegit: verùm Samaritanam quoq;  
 juxta Jacobi fontem, Syrophæniissam, sorores Lazari &  
 alias, quas fides vera conjunxerat, viæ comites, sermonum  
 observatrices, nominisq; sui prædicatrices esse voluit: quem  
 admodum audita vox illius è turba publicè clamantis de  
 CHRISTO: Beatus venter, qui te portavit. Quæ om-  
 nia illis proculdubio opponenda sunt Sannionibus, qui non  
 modo veterum consecantur Mysogynæorum nœnias ne dicant  
 & affanias an Calumnias? quando mulierem vocant natura  
 παρέκβασις, φορτίον, θρέμμα ἀναίδες, χόλον cui duas saltè in omni

Vita assignarint horas non infelices τὴν μίαν ἐν ἡμετέροις, τὴν  
μίαν ἐν Ἰουδαίοις: Verum Patrum quoq; sanctorum asperiores  
voces quib. illi non promiscuè totum sexum sed improbiore  
& procaciores notare volebant, licenter spargunt, nec sine  
multorum scandalo usurpant: ut, quod Chrysostomus, mulie-  
rem, antiquam vocat malitiam; Ambrosius Diaboli janu-  
am, iniquitatis viam, scorpionis percussione, nociuumq;  
genus; & quæ alibi in improbas durius pronunciata legun-  
tur, ad omnes citra impietatem nunquam accommodantur.  
Latet verò etiam tacita in quorundam animis opinio, non  
eum feminis honorem supremæ mortalitatis, quem viris esse  
deferendum: quod minora in illis quam in his sint virtu-  
tum ornamenta. Quibus sanè nihil, nisi illud satis fuerit,  
quod Saram, quod Rebeccam, quod Rachelem, quod alias  
sanctioris vite matronas honorificè sepultas inter lamenta  
& desideria tam cognatorum atq; amicorum quam marito-  
rum, sacra profitetur historia: ne quid ex Græcorum & Ro-  
manorum annalibus in re aperta proferamus. Ut autem  
excellentiore in viros dona Naturæ autorem contulisse ne-  
mo dubitare velit: ita suas etiam honestissimis feminis vir-  
tutes esse, quas in vivis amemus, in mortuis prædicemus,  
nemo nisi qui sexui isti bellum indixerit, inficias ire queat:  
inter quas præcipuæ sunt, Apostolico etiam præconio commen-  
data, temperantia, sedulitas, puritas Οιδωροπία, Οιδωρομία,  
atq; his affines aliæ: quibus rectius statuam ponendam esse  
censeas hodie, quam Amazonum fortitudini, Græcarum a-  
stuties

stutiae, Romanarum quondam solertiae. Nemini igitur ad-  
mirationem pariet, quod hodierno die iusta exsolvimus so-  
lemnia feminae; at cui feminae? quae omni matronalium vir-  
tutum decore ornata, sexus sui facile retinuit celebritatem,  
generis sui auxit honestatem nominis Christiani amplifica-  
vit pietatem; quae in parentes grata, in maritum natoque pie  
animata, in DEVM atque huius ministros religiosa, in-  
egentes officiosa, vitam, at non terminavit famam.  
HEDVIGEN dico Cunoniam, anno Epochae nostrae  
1550. Patre natam honestissimo & prudentissimo  
Dn. MATTHAEO CUNONE, Reipublicae huius  
eius quondam & mercatore optimo, qui filium Academiae  
nostrae & bono progenit publico Virum excellenti doctrina  
& autoritate praecipua clarissimum Dominum MAT-  
THAËVM CUNONEM V. I. Doctorem, Colle-  
gam nostrum & amicum honorandum: nec non matronam  
pientissimam verè Saram, quam Dn. Adamus Bolfrasius  
Consul Urbis ampliss. post se reliquit viduam. Illam cum  
domestica Parentum ac imprimis matris omnivisa Hedwi-  
gis Schupeniae cura ad omnem conformasset virtutem, nati-  
va etiam excitasset ad labores necessarios alacritas, honesto  
amore complecti cepit, sacrisque legitimi conjugij vinculis  
sociatam accepit anno 1569 prudentiss. atque ornatiss.  
Vir Dn. David Geisler, quem Senatus oppidanus fidelem  
Collegam, Civitas  $\mu\pi\sigma\sigma\upsilon\upsilon$  sive mercatorem habuit pro vi-  
dum: quo cum tranquille XXVIII traduxit annos, fructib.  
Conju.

conjugij redditis ex benedictione caelestis denis, septem nempe filius, ex quibus duos duntaxat superstites reliquit omnium Biarchus, tribus autem filiabus. Vita humana circulum, qui neminem sinit esse beatum undiquaque, adeo disparem experta est, ut cum maxime quietem captatura videretur, curis gravioribus implicaretur, quas cum temporum horum anxietas, tum mercaturae difficultas & perplexitas, tum alia procreabant, quae hominibus obvenire omnino sciunt, qui homines se esse non omnino nesciunt. Auxit illas inopinatus mariti ex hac vita abitus, ubi ille in praeteritis temporibus ad lucem caelorum splendidissimam transisset: novo quod pabulo luctuosa sustentavit orbitas, cujus dolor cogitatione omni est asperior. Et solata est tamen multiplices vitae aerumnas quotidiano oraculorum divinorum auditu, unde praesentissimum malis humanis *αὐτιφάσμακον*, nec ignoravit, secreto DEI consilio, hujus peregrinationis tempore electorum vitam turbari. Via enim, ut rectissime loquebatur Gregorius, est vita praesens, quam ad patriam tendimus: & idcirco hic occulto iudicio perturbatione conterimur frequenti, ne viam pro patria diligamus. Quam ex Verbo fidem veram conceperat, eam assiduo S. Eucharistiae usu sic aluisse fertur a fidelibus mysteriorum Christi dispensatoribus, ut nec familiaris amplioris, nec curae gravioris impedimento ullo abstrahi se pateretur, quod minus ephodion sibi compararet ad optatum viae vitaeque terminum, qui ecce in via ipsam excepit. Ubi enim

enim Svebosiensem mercatum adiisset, morbo protinus correpta, domum reducitur, CHRISTO ex more omnium fidelium reconciliatur, & fatalem sibi imminere ex vita transitum presentiens, suam divinæ voluntatem lubens subijcit, iteratis his subinde precibus: DOMINVS MEVS ET DEVS MEVS, TIBI VIVAM, TIBI MORIAR. Inter quæ ad Servatorem suspici-  
via placidissimè mundanis valedixit singulis, & ad eum quem salutis autorem, vitæq; reparatorem unicum confessa fuerat, cupidissimè discessit. partem in cælis optimam relicta omni τὸ ἅγιον turba feliciter consecuta. Huic femine, quæ à primis usq; ad postremos annos & dies inter Christi o viculas fuit, mestissimi liberi, & longè clarissimi nominis Frater exequias quæ non parare debeant honestas? hanc cur non eo etiam officio, quod Caritas exigit ab univ-  
ersis prosequamur nostro? cur non gratiæ ejusdem & apparituræ in cælis gloriæ socias à contemtionem & despectionem malè feriatorum semper vindicemus, eumq; sexum, quem idem Pater condidit, idem Pastor colligit, idem regnum suscipit, favore & honore nostro dignum publicè contestemur? Qua in re ubi nostram non dissimulaverimus promptitudinem, & ea quæ Pietati proposita sunt in cælis præmia, non ambiguè expectabimus: familiæ non ignobilis, cui solatium noster etiam afferre debet ordo pro-  
pter


ax 110 111 112  
pter eos, qui ex illa nostri sunt ornamenta ordinis perpetuum  
nobis favorem conciliabimus: & illud una nobiscum in  
funere reputabimus: in quantae rei fugacis & lubricae pos-  
sessionem nos miserit natura: ut ne nimium mundanarum  
rerum fisco adhaereamus animis, sed vivere discamus, pri-  
usquam vivere desinamus, & desinamus, priusquam vive-  
re nesciamus.

C. P. D.



NC





(X2007562)

II n  
7787

gnificus  
FRANCOFVRTANÆ  
CTOR

HANNES

ORVS LIBER BARO  
On.in Ottendorff &  
reidnitz, &c.

EQVIAS, QVAS  
estissima matrone  
CVNONIAE

identiss. & Ornatiss.  
DIS GEISLERI

ancofurtensium Sena-  
mercatoris opt.  
Viduae relictæ,

Cognati parabant,  
Cal. VIIIbris anni 97.  
s Academiæ Civis  
invitat.

DREÆ EICHORN.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

Inches  
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black